

Augustin STIPČEVIĆ :

AESTAS MORTUA

Aestas est in tramite. Invocat me mater
ex sepulchreto ubi dies suos visitat.
Manus eius aut cupressi
ambulacris ducentibus in mortem
apportant solem et cantui cicadae occurrunt
in arso helichrisono.

Maestum silentium in vicina vinea
et cruces expulsorum post murum:
— exsecrati sunt, ut quaerent
sortem suam in madida humo.

Mater mihi dixit ex illo tempore
ariditatem in rivulo copulare
et numquam aestatem alteram domum quaerere
et umbram sub ponte relinquere strepitui viarum
pro brevi colloquio cum sititore errabundo
aut cum me peregrino obliviscente nominis domicilii.

Mergo in albitudinem non comprehendens ventum
caurum.

Ille mari magno mortuus, at euphorbia
supra *Campumsanctum* sine susurro fervescit
et in terra rubra et in saxo.

Zagreb.

(Versio: T. Smerdel).